

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre IIItemMythologia, Venise, 1567 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)
est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 09 : Comme quoy les Dieux des Anciens ont esté eternels](#)
est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 09 : Comment les Dieux des anciens ont esté eternels](#)
est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia.

contentionibus sit plenum, cum multò sint mortalibus miseres, cum eos & dormire dixerint poete, & potationibus atque conuiujs indulgere, & Veneris stimulis mirificè exagitari. Quis enim nesciat somnum & epulas esse ob corporis debilitatem, cù ille ad labores corpus reficiat, hæ ad naturæ vim conseruandam requirantur? Inde effectum est vt Alexander Macedo se Deum esse adulatoribus prædicantibus responderit, se longe diuersa a diuina natura experiri cum & somnum, & Veneris titillationes sentiat. Quòd si horum Deorum natura deficiente nutrimento deficeret, & ad libidinem illi incitantur, qui possunt nõ esse mortales, aut qui potest eorum genus nisi reparetur, non deficere? Non sunt igitur Dii illi antiquorum, sed fabulæ illæ partim naturæ res occultas habent, partim mores informant, partim sunt inania vulgi figments, vt dicebamus.

Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni. Cap. IX.

ATque vt pateat veta esse illa, quæ dicta sunt hætenus de Deorum antiquorum mortalitate, quid de Ioue ipso principe omnium Deorum scriptum fuerit à poetis consideremus, quem modo patrem, modo Regem omnium Deorum vocarunt, sicuti Homerus in primo odyssæ,

20
ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Hos ita compellat hominum pater, atque Deorum modo sempiternum, vt Virgilius lib. 1. Aeneidos in his significauit;
ὄ qui res hominumque Deumque
Aeternis regis imperijs, & fulmine terras.
& Orpheus in hymnis;

ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Iupiter ò venerande, Iupiter sempiternæ.
quem eundem facit rerum omnium autorem, vt ex his patet;
30
ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Iupiter alme tuo sunt omnia munere nata.
Diuæ parens Tellus, præcelso vertice montes,
Et maria, & quidquid cælum complectitur altum.

Hunc tamen sempiternum Iouem, & rerum omnium autorem, Virgilius in Dictæo monte Crætae nutritum existimauit, quem etiam ab apibus educatum fuisse scribit lib. 4. Georgicorum, vt patet in his carminibus;

40
Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secuta,
Dictæo cæli Regem pauere sub antro.

Sed illud magis mirum fortasse videbitur, quòd neque tamen certum est vbi educatus fuerit hic præclarus & illustris antiquorum deorum pater. Messenii enim apud se natum & educatum fuisse Iouem contendebant, cuius ossæ debant apud se incunabula, & à Neda Ithomeque nutricibus, & à Curetibus seruatum fuisse affirmabant, vt ait Pausanias in rebus Messeniæ. Hæc ipsam de Iouis ortu contentionem ita attigit Callimachus in hymnis;

ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.

30

Iupiter Idæis aiunt eo in montibus ortum,
Iupiter Arcadicis: veri sunt falsa locuti?

Quodd si nutricum varietatē perspiciamus, si modo vera est sententia Aethii medici clarissimi, quod ingenū & mores nutricum in lacte referuntur, nōne fera potius Iupiter quā homo videbitur, qui tot brutorum lac suxerit? qui truculētissimas feras habuerit nutrices? qui ab apibus, & capris, ab vrsis fuerit educatus? atque quodd capræ lac hauferit, ita Ouidius in tertio fa-

Oleniz surget sydus p̄nuiale capellæ,
Quæ fuit in tunis officiosa Iouis.

10

Hanc Iouis capram idcirco nominauit Aratus in Phœnomenis, vt est in eo carmine;

Ὀλένιος δὲ μὲν αἰὼν ἔχει καλῶς ἀποφῆται.

Oleniam, capramque Iouis dixere poetæ.

Atque de vrsis, cuius lac Iupiter suxerit, ita meminisse idem Aratus in his;

Ἄρρετι, ἄρα κρηναί, καὶ δὲ καλῶς τὰς ἀρρετας.

Ἀλλὰ καὶ κρηναὶ μὲν ἐν Ἰβηίᾳ αὐτὸ ἔχουσι

Ἀλλὰ καὶ αἰὲν αὐτὰς ἀπὸ τῆς φασίης

Ἐπὶ τῆς δὲ ἄρρετι τῆς κρηναίης ἢ τῆς δὲ

κρηναίης, καὶ δὲ τῆς κρηναίης ἢ τῆς δὲ

κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης, ἢ τῆς κρηναίης

ἢ τῆς κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης

ἢ τῆς κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης

ἢ τῆς κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης

Vrsæ vertuntur, quas dicunt nomine Plaustrum.

Alterne quarum semper caput illa tangit:

Inque humeros vrsæ, his pronis ille vsque feruntur.

E Creta, si vera ferunt, conscendere cœlum

Consilio meruere Iouis: quia cum puer esset

Dicō in odorifero vicino collibus Idæ

Deposuerit Iouem, quem nutriuere per annum.

Fallere Saturnum Curetes cum potuere.

Hunc ipsum Iouem, quem Hesiodus in Theogonia hominum patrem atque Deorum appellauit, mortuum ac sepultum fuisse apud Cretenses sermo vulgatus fuit; quamuis eam famam conatur frustra Callimachus refellere, vt patet in his carminibus;

καὶ γὰρ εὐφροῦ Ἰβηίης

κρηναίης ἐπιπέταται, καὶ δὲ καλῶς. καὶ γὰρ αἰὲν.

tuum Rex magne sepulchrum

Cretes struxerunt: es semper, viuis & vsque.

40

Quodd si fatorum necessitati subieciatur, vti testatur Aeschylus in Prometheus ita inquit;

Μὴ γὰρ ἐπιπέταται κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης.

καὶ γὰρ αἰὲν ἐπιπέταται κρηναίης ἢ τῆς κρηναίης.

Prom. Parcæ triformes, & memores Erinnyes:

Chor. His ergo cunctis Iupiter impotentior.

Quo pacto Deus, & pater, & Rex hominum ac Deorum dici poterat? Sed nō

C a hominum

Mythologiæ.

hominum sermones tantum, ac Deorum etiam ipsorum sententias de Ioue consideremus, hunc vel a Mercurio ipse finxit Plautus in proœmio Amphitryonis mortalem appellari his verbis;

Mirari non est æquum sibi si prætimeat,
Atque ego quoque & qui Iouis sum filius
Contagione meæ matris metuo malum.
Etenim ille quoniam huc iussu venio
Iupiter, non minus quam nostrum quivis formidat malum,
Humana matre natus, humano patre.

- 10 Quare si ipse natus est, ut ceteri homines, & mortuus, & à mortalibus originem duxit, quo pacto sempiternus esse potuit? siquidem omnia quæ nascuntur aliquando interire necesse est. At quo pacto Iupiter dictus est sempiternus? quia, uti dicitur cum de illo tractabimus, cum gloriæ cupidus maxime fuerit, templaq; sibi extrui ubique studuerit, fecit vulgaris opinio illorum, qui magistratus & imperia admirantur, ut summus Deus putaretur; quare postea nunc vim factorum, nunc providentiam Dei, nunc Deum ipsum, quæ mundi animam appellarunt nonnulli, nunc æthera, Iovem nuncuparunt, quæ cum sempiterna sint, Iovem etiam putarunt sempiternum. sic, ubi pro vi divina per aquas diffusa, Neptunus intelligitur, dicitur sempiternus. pro Vulcano ignis, pro Venere naturalis procreandi libido, pro Cerere terræ feracitas. Nam si hoc pacto Dii antiquorum accipiantur, erunt sempiterni: ex illorum sententia, qui mundum, eiusq; elementa sempiterna putarunt. si eorû genealogiam inuestigemus, omnes fuerunt mortales, & ab hominibus procreati, ut patebit postea. Atqui absurdum fuit hominum nominibus res sempiternas appellare, divinæq; providentiæ splendorem sub his humanis velare integumentis; quippe cum minime conveniat res admirabiles horum profanorum nominum colluione inquinare. At quia viderent sapientes animos multitudinis apertis rationibus ad eruditionem non posse adduci, horû figmentorum suavitatem illos ad se allexerunt, quæ sola causa fuit.
- 30 cur res postea fabulæ sint inuentæ.

De sacrificijs superarum Deorum. Cap. X.

- 40 **V**T autem pateat elementorum, rerûque naturalium virtutes, & vires demonum eorum, qui in iis inhabitarent, qui Dii à multitudine imperitorum fuerunt existimati, nominibus vocatas fuisse à sapientibus, non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis attributorum breviter explicavero: quippe cum multa factorum genera fuerint ab antiquis pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ variæ, & varia suffimentorum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neq; enim omnibus molæ offerebantur, neq; omnibus accendebantur lumina, neque sacra fiebant semper super sublimibus aris, neq; semper per diem. Diversa denique pro singularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum natura, sacrificia ubique offerebantur; quod alia cœlestibus, alia terrestribus, alia aquaticis, alia Diis inferis conveniebant, quorum alia privatim, alia fiebant publicè. Primum igitur omnium scire convenit nõ solum in animalibus, aut in plantis, ad vires, bonitatemq; singulorum plurimum conferre ciborum vim, aerisq; temperiem, sed etiam in illis demonibus, quibus pleni
- esse